Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1025
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Nimirum his omnib⁹ plenus eras. omnib⁹ his accen
sus eras. Ꝑhas om̄s uirtutes q̄b⁹ habundas. te p̄cor
o karitatiue stephane. ora ut karitatis adipe
& pinguedine arida anima mea. adiuua ut
pane karitatis sacietur esuriens anima mea. fac
ut igne karitatis flagret frigida anima
mea. prestante d̄o q̄ creauit eam. Et cum hoc
dixisset. obdormiuit in d̄no. Obdormiuit. O somn⁹
cum requie. requies cum securitate. securitas cum
ēternitate. Requiescis o felix in gaudio. gaudes in
requie. Gl̄aris o secure in sacietate. saciaris in gl̄a.
Leticia tua non mutabit. lum̄ tuū n̄ deficiet. Q̄c
q̄d n̄ uis ꝓcul abē. q̄cq̄d uis aduotum adē. Sitiuit
d̄m anima mea ad fontē uiuū. uenisti ad ipsum & bi
bis de torrente uoluptatis ei⁹. quantū uis. q̄m̄ uis.
quādiu uis. Semꝑ saciatus semꝑ bibis. quia semꝑ
delectat te bibere. nec umquā fastidis. Nec bibis
ut fiat t̄ sacietas quasi n̄dū habenti. ꝫ semꝑ bibis
ut semꝑ duret sacietas iā possidenti. Semꝑ enim
desideras q̄d semꝑ habes. & q̄d semꝑ secur⁹ es te
habere. Incessant̄ quippe & delectabilit̄ desideras